Incipit Sermo decalogi

Tria sunt quorum cognitio ad vitam et
nam necessaria est **primum** est
scire, quid faciendum, et quid omittendum
sit **Secundum** est ut sciat vires nostras
non esse, huiusmodi vel facere, vel omit
tere, sciasque unde ea facultas petenda
sit **Tertium** est, ut habeamus rationem
quomodo petere et impetrare possis. Decalo
gus docet, nos nostram cognoscere infirmi
tatem, et proponit quid a nobis deus exigat,
que prorsus non sunt in nostra potestate
Articuli autem fidei docent, unde auxili
um petendum, ad faciendum ea que decalo
gus exigit, tradunt enim cognitionem dei
eiusque propensam ad subveniendum animam
Tertium locum oratio dominica sibi vendicat,
que docet rationem petendi, et impetrandi
illam potestatem qua possimus, que in decalo
go exiguntur. Et in hec tria capita
veluti in unum fasciculum, que sacre litte
re tractant convoluta sunt

Dedit autem deus ipse decem precepta in
monte

monte Sinai mense tercio egressionis
de egypto Depinxitque illa in duas
tabulas lapideas Tria priora, in
primam tabulam, que docent quomodo vivendum
est cum deo corde ore et opere, quomodo scilicet
illi credamus, laudemus, et innoremus,
et quiete agamus externe, ut ille in
nobis operetur interne
Precepta secunde tabule, docent quomodo
cum proximis conversandum sit Nempe cum
parentibus, maioribus ac reliquis nostris
proximis Ut scilicet parentibus et maioribus
obediamus, aliisque nostris proximis nihil
molestie inferamus, tam in corpore quam
in substantia

Primum preceptum

Ego sum dominus. Non habebis deos
alienos coram me Sed diliges dominum
deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima
tua, et ex tota mente tua Illud time
bis, et illi soli servies Exo 20. De pre Exo. 20
ceptorum divisione vide Augustinum tomo
3 fo. 24. et 61 Tres legum species

Isa. 42 vide Athanasium fo. 7) Isa 42 Ego
sum dominus. hoc est nomen meum. gloriam
meam alteri non dabo, nec laudem sculp
tilibus Hic unus nos creavit, liberavit,
et quotidie nos liberat et defendit, quam-
libet mundus diabolus et caro in nos se-
viant Hic solus timendus est, quia trans
gressores punit, Huic soli fidendum, quia
verax est promissionibus suis Hic toto
pectore amandus, quia fons omnis boni, a quo
omne datum optimum, et omne donum perfectum
Iac. 1 Et sicut hunc deum nihil timendum, a-
mandum, neque ulli rei creatae fidendum
quia nihil est in rebus creatis, quod hominem bea
re possit, sive fuerit creatura caelestis, sive
terrestris Nam Augustino teste Non
Augustinus possunt animam beatam facere, nisi unus deus Non
prosunt divitiae, non corpora non liberi
Quod autem homo amat, timet, et cui credit,
deus eius deus est Et ab hoc uno deo non
est discedendum propter hominum minas, aut
huius vitae incommoda Igitur inquit, ego
sum dominus deus tuus, qui tibi omnia bona in
pio duntaxat crede me time et ama

et in

Jere. 51 Stultus factus est omnis homo a scientia. confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis, vana sunt opera, et risu digna

Abac. 2 Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile, et imaginem falsam. quia speravit in figmento fictor eius, ut faceret simulachra muta. Ecce iste coopertus est auro et argento, et omnis spiritus non est in visceribus eius. Dominus autem in templo sancto suo. sileat a facie eius omnis terra

467

...ſtitioe ſua inuoca...
...habebis deos alienos...
...cabis ea mag rokb, ...
...ulator eſt De...
...gd loco dei...
...idit · q oia in ſolo d...
...ſūma idolatria de...
...ſolus amand ...
...ſolum credendū, ...
...in omnibz inuocand...
...abnegauit, et deo a...
...Nihil p̄ter deū adora...
...ſplendū, p̄ter deū ...
...andū, Non archange...
...patriarche, non ꝓphet...
...adorandi ſunt ...
...Non angelis nec vll...
...Drēnb ſune, ...
...animā reddet d...
...aterna
...duplex idolatria ...
...Exterma eſt, q fit ...
...et argento, que pr...

468

et in adflictione sua inuoca

Non habebis deos alienos coram me

Non adorabis ea neque coles, quia dominus deus
tuus, deus emulator est Uocantur autem
dii alieni quicquid loco dei colitur, amatur
et cui creditur, quod omnia in solo deum competunt
Est enim secundum idololatria deum suo priua
re honore, qui solus amandus, timendus
in quem solum credendum, cui soli seruiendum
est, et qui in omnibus inuocandus, qui secus
facit deum abnegant et deo alieno adhe
rent Nihil preter deum adorandum, nihil Her wir…
preter deum colendum, preter deum nulli creatu
rarum seruiendum. Non archangeli, non ange
li, non patriarche, non prophete, non apostoli
non euangeliste adorandi sunt colendi, sed
solus deus Non angelis nec ulli beatorum
seruiendum Breuis sermo: cui si quis addi
derit, ad eius animam reddet deus plagam
et ignem eternum
Est autem duplex idolatria externa et
interna Externa est quod fit cum lapide
et ligno, auro et argento, que primo incipi

Duplex idolatria

-ebat sub Nino rege Assiriorum, qui
imaginem patris Beli erexerat in me-
dio Babilonie, statuens ut quicumque
hanc contigisset, quodlibet manifeste
impius, securus fieret, et ideo multum
venerabatur. Qui ut vidit diabolus illam
intravit, et ex illa respondebat hominibus
Que imago postea vocata est Bel
Baal, Baalim, Belzebub, Belphe-
gor etc. Et sic tandem hec ydolatria omnibus
hominibus inuasit Et ideo postea prohibita
est Exo 20 Non habebis deos alienos
coram me, Non facies tibi sculptile: neque
omnem similitudinem que est in celo desursum, et
que in terra deorsum, nec eorum que sunt in
aquis sub terra Non adorabis ea neque
coles Deu. 5 Sap 13 et 14 Isa 44 Baruch
.6. **Alia est interna** in hominum cordi-
bus latens, quando rebus creatis cor apponitur
relicto creatore, Unde homo toto in di-
vitiis cumulandis pectore anhelat ho-
noribus, lucris etc. Summa, quicquid
homo supra deum amat, id suum est ydo-
lum Nam paulus ventrem quorundam
phi. 3 deum suum vocat Ro 16 Avarorum deus

Mammon

Ubi nota quod a belo patre Nini regis
Ninive ortum, ydola habuerunt. Cum Ninus
fecit statuam auream patris similitudinem ha-
bentis, et ut in reverentiam memoria habe-
retur, statuit ut quicumque ad eam confugeret
tuti manerent a crimine offendendi. Ideo
ceperunt honores illi imagini divinos hono-
res impendere, et ut deo sacrificare. Ad
cuius exemplum cetere civitates ceperunt ydo-
la fabricare. Hinc ydeomata lingue sue illa
nominantes, alii beel, alii baal, alii beelphegor,
alii baalim.

Beel, vir, zebub musca interpretatur, quia musce
congregabantur super ydolum propter cruorem ani-
malium que ibi immolabantur.

...est c. Item ſerm...
...ſua / ſuis ...
...iſte ſommus ... eſt ...
... alteri miſt ...
... dentibus ... dimitys ...
...cta humana Vera ...
... nulli federe niſi ...
... neq; proprys merit...
...t Ego ſu dūs d...
... deos alienos ora...
... ſuffitiens ero / ...
...mpleta / ego te ...
...ſpalo Cum ergo h...
... audient illud d...
... deq; tuq; fortes z...
... ſunt viſit...
... vituli / q̄n ...
... milia hom̄ Ego...
... meas punit tran...
... admixtiviy Cuſtod...
... puniſt miſere...
... milia / hec eſt ...
...ſura Vt legitur in Dan...
... elegit Saul vera...
...ndū preceptū Non...

Mamon est c Item sicut unum quodque
idolum suum / suis cultoribus constabat ob
sequium / sic sommiatum est de nostris di
uis Quorum alteri inest mederi oculis /
alteri dentibus Et divitijs / que mera sunt
figmenta humana Verus ergo dei cul
tus est / nulli fidere nisi soli deo / non
divis neque proprijs meritis Et hoc est
quod ait Ego sum dominus deus tuus Non
habebis deos alienos coram me / Ego so
lus tibi sufficiens ero / mihi fide / me
implora / ego te iuvabo / et omnia ad=
ministrabo Qui ergo hunc audire
contemnunt Audiant illum dicentem Ego
sum dominus deus tuus fortis zelotes visitans
iniquitatem patrum / sicut visitaverat trans
gressionem vituli / quam fecerat una
die tria milia hominum Exo 32 Sic
et hodie nostras punit transgressiones /
licet non advertimus Custodientibus autem
hoc preceptum / promisit misericordiam suam
in multa milia / hoc est omnia bona et
prospera Ut liquet in David quem pro
suo semine elegit Saul vero reprobavit
Secundum preceptum Non accipies no

men dei tui frustra, qz nō erit impu
nitus, qui sic et vane, nomē eius assump
serit Deu. 5. Sic ait, adeo dūm deū
tuum timebis, et amabis, ut nullo mō
frustra nomē eius assumas, vel in illo
periurebis, vel fraudem facias. Sed tā
prosperitatis, quam adversitatis tempore
illum devote adorebis, invocabis, et laudes
Deus autem multis vocatur nominibus primo
deus, qui fons omnium boni, dn̄s, qui omnium
creator, salvator, pater, omnipotens, iustus
misericors, longanimis. Tunc ergo
hoc sanctissimum nomē, frustra accipimus
quotiens illo ad mendacium utimur, recla
mante corde nostro, frustra sumitur, cum
abiuratur. Tunc autem non inanum acci
pitur, cum pure predicatur eius verbum, et re
ligiose ab auditoribus suscipitur, et custodi
tur. Peccatur autem in hoc preceptum dupli
citer primo externe, qui ex mala con
suetudine quibus irascitur, et nomē dei sun
abiurat. Nempe per deum vivum, per cru
cem, ac vulnera eius etc. que omnia externa
sunt blasphemia. Secundo in hoc
peccatur, qui sub pretextu veritatis falsa
docen

dicent² Sunt aūt huiusmodi iu
ramenta vitanda, propter minas subse
quentes Quia nō habebit dns insontem illum
eum, qui nomē dei assumpserit frustra
Quia puniet huiusmodi pcta pestilen
cia, fame, bello, igne, aq̄, tempestate
Mala vxore, filijs et familia Deu 28
Si audire nolueris vocē dni dei tui,
vt custodias, et facias oīa mandata eius
q̄s ego precipio tibi hodie, venient sup
te maledictiones iste Maledictus eris
in ciuitate, in agro, Maledictus fructus
ventris tui, armēta boū tuarū et gre
ges ouiū tuarū Maledictus eris ingredi
ens, et egrediens Mittet dns sup te
famē, esuriē, pestilentia, egestatē, febri
et frigore &c Igitur ad tollendū hoc
vitiū laboret senatus, patresfamilias
Tunc aūt sanctificat² hoc nomē, quādo
veritati patrocinat², qn̄ vbum dei pure
docet², et in omī necessitate inuocatur
iuxta illud ps 49 Inuoca me in die
tribulationis, eruā te, et honorificabis me
Inuocato enī hoc nōie demonia et oēs

inferoꝝ porte pellunt. Beatꝯ enim cuiꝯ est nomē dn̄i spes eiꝯ. Est ergo ſcd̄a huiꝯ precepti | ut nomen dei ſanc tificemꝯ | ſcʒ docet or̄o dn̄ica in prīa petitione Sequit̄ ſequitur 3 preceptum.

Copia De Don

Conrie De Domina nostra.

474

476

15

[illegible]